Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Super vicesimotercio articulo incipien Item quod quotidie ad hunc etc. Exa-
minata testis respondit articulum verum quia in ea factu sit
Super vicesimoquarto articulo incipien Item quod de predictis omnibus etc. Ex-
aminata testis respondit articulum verum addens se etiam ab aliis audi-
visse quod articulata extra Austriam famentur
Et fuit testi iniunctum prout est moris
Die martis vicesimasecunda mensis Junii prefata honesta mulier 149 teste
Margaretha letzelterin de Tulna Patavien. dioces. etatis sue triginta sex
annorum Citata iurata ac medio eius iuramento preстito et punctis ad
memoriam diligenter reducto ac de pena periurii et testis falsidici ami-
satis deposuit ut sequitur
Super primo et aliis articulis usque ad octavum inclusive Examinata
testis respondit articulos fore veros quia ita audivit a pluribus annis
proxime decursis publice famari
Super nono articulo et decimo Examinata testis dixit articulata non
advertisse neque audivisse
Super undecimo articulo incipien Item quod toto tempore vite sue etc. Exam-
inata testis credit articulum verum
Super duodecimo articulo incipien Item quod propter bona opera sua etc. Exa-
minata respondit articulum verum quia de hoc sit publica vox et fama
Super tredecimo et aliis articulis usque ad decimumoctavum inclusive
Examinata testis credit articulos veros
Super decimonono articulo incipien Item quod post mortem sua claruit etc.
Examinata testis respondit articulum verum causam reddit quia dum
ipsam testem quedam infirmitas in latere eius sinistro invasisset
et ab anno sexagesimoquarto usque ad annum septuagesimum perdu-
rasset a qua etiam liberari non potuisset sed ipsa infirmitas continue in-
valuisset ipsa testis ex intimis se ad beatum leopoldum devovit ac eundem
invocavit votoque emisso tum ad tumbam beati leopoldi pervenit
et offertorium eidem obtulit ac statim melius habuit et dolores miti-
gati sunt et expost tanti dolores vehementes et excessivi eam
testem numquam invaserunt credens firmiter premissam gratiam et convа-
lescentiam ob merita beati leopoldi et non aliqua arte aut vi verborum
suscepisse quia nullis medelis usa sit
Super vicesimo et aliis singulis sequentibus articulis Examinata teste
credit eosdem fore veros
Et fuit testi iniunctum prout est moris
Eadem die martis vicesimasecunda mensis Junii honesta mulier Kathe- 150 teste
rina Otunkhlsin de Tulna Patavien. dioces. etatis sue annorum quadra-